



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

25. De Hæreticis impœnitentibus, & de pœnis, quibus supradicti merentur
puniri. Et explanatur, quid est faciendum de diminuto, qui confitetur de se,
non tamen omnes errores? Ex p. 4. tr. 7. res. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

524 Tractatus XII. De Poenis Delictorum,

à reconciliacion sin embargo que ay confessado en el tormento. Dado que en la instrucion de Sevilla del año 1484. en el capitulo quinze se dispone que el confite en el tormento sea haviendo por conuencido cuya pena es relaxacion. Pero loque a qui se dispone esta mas en estilo, toda via los Inquisidores deven mucho advertir como reciben à los semejantes y la calidad de heregias que huvieren confesado, y se las aprehendieron de otros, o si las han enseñado à otros algunos por el peligro que de lo semejante puede resultar. Sic ibi & ad confirmationem supradictorum vide Rojas de heret. p. 2. n. 292. ubi ex aliis iuribus & Doctoribus probat, quod si reus in tortura hæresim confiteatur cum legitima rati habitatione reconciliandus sit; proinde huiusmodi confessio est, ac si libera, & spontanea fuisset.

RESOL. XXV.

De Hæreticis impenitentibus, & de poenis, quibus supradicti merentur puniri.

Et explanatur, quid est faciendum de diminuto, qui confiteatur de se, non tamen omnes errores? Ex p. 4. tr. 7. Ref. etiam 25.

§. 1. **E**ste supradictos puniendos poena mortis, patet ex cap. ad abolendam, de heret. Sed pro tali casu apponam hic verba instruct. Tolet. anno 1561. n. 43. sic habetur. [Quando el Reo estuviere negativo y le fuere provado legitimamente el delicto de heregia de que es aculado o estuviere herege protervo y pertinaz cosa manifesta es de derecho que no puede dexar de ser relaxado à la Curia y brago seglar. Però en tal caso deven mucho mirar los Inquisidores su conversion para que a los menos muera con conoçimiento de Dios, en lo qual los Inquisidores haran todo lo que Christianamente pudieren.] & diligentias faciendas à DD. Inquisitoribus in tali casu optime tradit Camillus Campegius in annot. ad Zanchinum de heret. c. 16. lit. A. si tamen post adhibitas dictas diligentias hæretici pertinaces convertantur, admittuntur ad reconciliacionem sicuti alij hæretici non relapsi, quia tamen talis conversio præsumi potest metu mortis facta, perpetuo sunt immutandi, & si sunt in aliquo Ordine, prius degradentur, & hæc degradatio de iure debet esse realis, attamen secundum introductam consuetudinem verbalis sufficit, & hæc omnia docet Soula in Aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 46. num. 6. Eadem poena mortis etiam imponitur, ut patet in verbis dictæ instruct. Tolet. hæreticis fictione juris impenitentibus, ut sunt ij qui legitimis testibus convicti negant hæresim commississe; quidquid in contrarium asserat Boetius decif. 341. n. 4. ubi nimis audacter loquitur contra Dominos Rotæ Romanæ, & Iul. Clarus lib. 5. de heret. n. 10. licet se remittat determinationi Ecclesiæ.

2. Sed affirmativam sententiam esse veram, communis praxis omnium Inquisitorum demonstrat, & illam docent Ioseph Sesse tom. 4. decif. 445. num. 15. Lorca in 2. 2. D. Thom. disp. 47. num. 20. Albertinus quæst. 8. num. 7. & segg. cum aliis penes ipsos, non enim indulgenda est venia, ei qui non cognoscit peccatum suum, & potius testibus quibus reus convictus est, quam ipsi reo in proprio facto fides adhibenda est, & ideo instructio Hispal. anno 1484. n. 14. sic habet. [Si aliquis in inquirido del dicho delicto de heregia lo negare y persistiere en su negatiya hasta la sentençia, y el dicho delicto fuere cumplidamente provado contra el, como quiera que el tal acusado confesse la

fe Catholica, y diga que siempre fue Christiano, y lo es, lo deven y pueden declarar y condenar por herege, pues juridicamente consta del delicto, y el Reo no satisface devidamente a la Yglesia, para que lo absuelva y con el use de misericordia pues no confiesa su error. Pero en tal caso los Inquisidores deven mucho catar y examinar los testigos, y procurar de saber que personas son, y si depusieron con odio y malquerencia o por otra mala corrupcion y reprobosidad con mucha diligencia y haver informacion de otros testigos cerca de la conversacion, y fama, y consciencia de los testigos, que deponen contra el acusado, lo qual remitte à sus consciencias.] Sic ibi, que omnia in casu occurrenti diligenter in hoc sacro Tribunal à DD. Inquisitoribus observantur. Sed hæc opinio limitatur, quando reus in negativa præstiteret, & præsumeretur obliuio. Ita Albertin. 7. 34. n. 52. Rojas de heret. p. 1. num. 84. Sed difficultas est, quando obliuio præsumatur; Pagna in direct. Inquisit. part. 2. comment. 59. putat non præsumi in factis arduis. Vide instruct. Hispal. anno 1484. §. 13. ibi, [especialmente en cosas y actos graves y señalados, &c.] & in atrocibus & horrendis etiam post longum tempus, & idem dicendum est de factis, aut dictis solitis & consuetis, licet ardua non sint, & in iis quæ semper delinquentes comitantur. In cæteris verò causis, quæ insignes & arduæ non sunt nec solitæ & consuetæ, neque delinquentem comitantur, decennio regulariter reputatur obliuio, nisi aliter Inquisitoribus visum fuerit, penitenti delicti & personarum circumstantiarumque qualitate. Ex quibus inferitur confitentem diminutum, & negativum esse Curie seculari tradendum, & ideo Soula in aphor. Inquisit. lib. 2. c. 48. num. 11. & seg. sic ait: Diminutos qui confitentur de se, non tamen omnes suos errores, nec omnes complices revelavit, tradendus est Curie seculari, dummodo circa illa non præsumatur obliuio, & diminutio plenè probetur. Si diminutio verò non plenè probetur, & considerabilis sit ac non modica, danda est reo tortura juxta probationis qualiteratem. Diminutus similiter censetur, qui non confitetur omnes qualitates, quæ respiciunt veram & formatam hæresim; & item, qui non confitetur tempus errorum, quando obliuio nullo modo præsumitur, sed malitia. Circa tempus à parte ante facile saltem regulariter præsumi potest obliuio, complicitum obliuio possit reum præsumendum est si remoti sint, & cum quibus semel, vel rarò converfabatur, præsertim si confitetur de consanguineis, & propinquis. Item sit confiteatur præcipuos errores, aut circumstantias & qualitates illorum, minores verò taceat, præsumi potest obliuio. Hæc omnia Soula. Vide Sesse ubi infra, & decif. 445. num. 16. & decif. 446. Verum Io. Rojas de heret. part. 2. num. 242. putat reum qui alios complices, vel omne delicti tempus non revelat, non esse diminutum, quia non est verisimile, quod qui delictum suum ingenuè confitetur partem temporis, cum sit res minoris momenti, occultet, vel alios hæreticos non manifestet. Ita Rojas, & quoad manifestationem complicitum observat. Castrus Palaus tom. 1. tractat. 4. dispensat. 6. punct. 2. numero 5. de illo, qui omnes suos errores fateretur, reulat tamen manifestare aliorum errores, quorum convincitur habere notitiam, existimare aliquos non esse ut impenitentem hæreticum damnandum, quia ex hac occultatione solum convincitur fautor hæreticorum, & non autem verus hæreticus, & impenitens condemnari; ut verus hæreticus, & impenitens condemnari; & ita asserit Castrus se audivisse in Inquisitionibus Castellæ praticari, & propter hanc causam torqueri. Sed ipse putat talem ut hæreticum impenitentem.

In S. Officio imponendis. Ref. XXVI. &c. 525

impœnitentem posse damnari. Vide Suarez de fide, disp. 2. §. 2. num. 6. Paramum lib. 3. quæst. 9. n. 193. & seg. Simancam tit. 48. n. 27. & 28. cum aliis penes ipsos. Et tandem non desinam hic apponere verba Didaci Cantæ in 99. crim. cap. 1. de heret. n. 57. ubi sic ait: Ut quis relaxetur ex diminutionibus, est valde considerandum quod sint multum clare, & constet quod ex malitia hæreticus non vult dicere & declarare illud, in quo est diminutus, & ideo in consil. supr. Inquisitionis, maxima cum maturitate fuit mandatum, quod propter diminutionem nemo capiatur, (puto corrigendum esse nemo damnetur) sine consultatione ipsiusmet Consilij, Ita Cantæ, quem sequitur Freytag in editione noviss. de Confess. solic. quæst. 22. num. 57. ubi num. 58. pro praxi circa præsentem materiam sic ait: Aut diminutio est minima, quia diminutus non in totum satisfacit testificationi; & tunc admittendus est ad misericordiam, nec torquendus. Aut est diminutio maxima, & legitime probata, & tunc torqueri potest præmissa supremi Consilij consultatione. Ita ille, qui etiam num. 60. addit, quod Doctores dum de diminutis agunt, comprehendunt, & explicant etiam in complicibus, dum verò agunt de relaxandis diminutis, exemplificant & restringunt se ad diminutos, circa errores & hæreses de quibus convincuntur, & ideo sentiunt hunc, vel illum complice omittente, nisi sit Magister, pertinere ad minorem diminutionem, unde cautè Inquisitores in his se gerere debent. Hæc Freytag, quæ valde sunt notanda.

RESOL. XXVI.

De Hæreticis relapsis.

Et an Inquisitores debeant illos admittere, si spontè redeant, & penam mortis relaxare?

Et an Inquisitores possint damnare aliquem tanquam relapsum, qui post abjuratam hæresim redditur de secundo lapsu vehementer suspectus?

Et an supradictis relapsis danda sit Eucharistia?

Et notatur, quod datur casus in quo relapsus ex misericordia iterum reconciliatur? & quod non possint Inquisitores tradere Curie sæculari relapsum, & inconsulto Supremo Senatui? Ex part. 4. tract. 7. Resol. etiam 16.

Quoad hoc §. 1. S. Vpono si relapsi spontè redeant, Inquisitores debere illos admittere, & penam mortis relaxare. Ita Menochius lib. 1. cons. 82. num. 168. Pegna in direct. Inquis. part. 3. comm. 12. Vmbertus Locatus in praxi Inquis. ver. abjurare num. 4. & alij, quidquid in contrarium asserat Rojas de heret. part. 2. num. 32. Ille verò dicitur spontè comparere & redire, qui in iudicio non prævento compareret coram Inquisitoribus, nam si hæreticus relapsus timeret, ne ab aliquibus apud Inquisitores accusetur, vel faciliè id prævidere potest, tunc non dicitur spontè redire ad Ecclesiam, sed potius ex metu, & tunc relaxandus est Curie sæculari. Ita Paramus lib. 3. q. 4. n. 12. Barbosa in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 7. cap. 9. num. 21. Sanctarellus tract. de hæresi cap. 42. num. 17. Decianus lib. 5. cap. 56. n. 12. & alij. Sed praxis observat, ut ad relapsos poenitentes mittantur duo, vel tres Ecclesiastici viri, qui eos in fidei veritate confirmant, ad patientiam exhortentur in morte, quæ exulati non potest, ex cap. ad abolendam, §. illos quoque, de heret. tunc recipiant Sacramentum Poenitentiae, & Eucharistiæ, ut dicemus, & post duos, vel tres dies Curie sæculari tradantur. Cæteros verò casus in quibus aliquis dicatur relapsus, non est nostrum inquirere, illos per extensum ponit Sanctarellus tract. de hæresi cap. 42. dub. un. per tot.

2. Solùm his in gratiam curiosorum quæro, an Inquisitores possint damnare tanquam relapsum, qui post abjuratam hæresim redditur de secundo lapsu vehementer suspectus? negativè respondet Rojas de heret. part. 2. num. 333. Sanctarellus tract. de hæresi capite 42. dub. unic. num. 9. Trevisanus lib. 2. decis. 37. per totum, Suarez de fide disp. 24. sect. 2. num. 7. & hanc opinionem servari in Inquisitione Lusitanæ, testatur Soula in aphorism. Inquis. lib. 2. cap. 45. num. 3. quæ opinio procedit, quando vehemens suspicō oritur ex actu plenè probato, ex quo talis resultat præsumptio, non verò quando solùm ex defectu plenæ probationis. Non desunt tamèn DD. quos citat & sequitur Castus Palas tract. 4. disp. 6. punct. 2. num. 9. asserentes affirmativam sententiam, & tenentes supradictum esse relapsum, & afficiendum poenis latis contra relapsos. Et ideo ego observo (nemine hoc advertente) apud Didacum Cantæram in quæst. crimin. cap. de heret. numero 58. quod in Consilio supr. Inquisitionis fuit prædictatus quidam casus, ex quo apparet, quod si quis sit primò realiter hæreticus, & reconciliatus, licet secundo sit præsumptus hæreticus, & sit lapsus præsumptus, debet judicari relapsus. Verùm, quia casus ille fuit particularis; ego adversus Castrum non recederem à prima sententia negativa, quam etiam Farnacius q. 295. §. 1. n. 18. asserit servari per Inquisitores Italiæ. Nota verò, quod relapsi antequam relaxentur torquendi sunt in caput alienum, si addit semiple-na probatio, quod deliquerint cum complicibus, & si relapsus est in aliquo ordine constitutus, prius est realiter degradandus ab Episcopo, & postea tradendus Curie sæculari. Ita Soula in aphor. lib. 2. cap. 45. n. 20. qui n. 18. docet etiam supradictis relapsis dandam esse Eucharistiā, quidquid in praxi alibi observetur. Et tandem.

3. Nota quod datur casus in quo relapsus ex misericordia iterum reconciliatur, quem vide supra in cap. 1. quæst. 8. Non possunt autem Inquisitores tradere relapsos Curie sæculari inconsulto Supremo Senatu, statuitur in instr. Toletana anno 1561. n. 66. & tradit Molina de iust. tr. 5. disp. 8. n. 14.

RESOL. XXVII.

De hæreticis absentibus, & de poenis supradictis ferendis?

Et notatur, quod in crimine hæresis pro absente citato Procurator comparsens admittitur, ut defensor innocentie, dummodo res sit dubia, & reus sit tantum de hæresi suspectus?

Et an Inquisitores, si post annum contumaces compareant, debeant illos audire, etiam quoad bona reorum confiscata?

Et aliqua alia circa bona reorum, queruntur, & notantur. Ex p. 4. tr. 7. Ref. etiam 27.

§. 1. D. Eprehenus in hæresi confessione propria facti evidentia, vel testium legitima productione, si se absenter, & legitime citatus non compareat, tradendus est Curie sæculari tanquam verus hæreticus contumax, & impœnitens; citandus est tamen in tali casu peremptoriè ad omnia & singula iudicij acta ut infra triginta dies compareat, alias quod sua causa usque ad finalem sententiam iudicabitur: in singulis autem edicti terminis fiscalis libellum accusatoris edat, & cùm terminus fuerit elapsus, ad sententiam publicam proceditur, & ejus statua comburitur. Si verò non sit de hæresi convictus, sed solummodo invenitur leviter de hæresi suspectus, citandus est ad modum explicatum, addita excommunicatione.